



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Notæ sex præambulæ in sequentes Epistolas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Nota præambula in sequentes Epistolas.

NOTA I.

Præambulis præambulis, generales quasdam Jesuitarum querimonias breviter proponis, atque respondes. Cum enim inquis, quasdam loca falsi arguere, quasdam defendanti, operæ pretium erit, de quibusdam cavillationibus, obtritisque defensionibus, et doctrinam auctoris, scilicet Montalcii, in omnibus integramque præstare.

Quod ad fidem attinet & crimen falsi, ad Annatum revertitur, qui fidem tibi tuisque operam navavit, ut vestra fides omnibus pareret; cavillationes etiam vestras mirabiliter detexit, atque refutavit. Expecto, ut huius fidei sanctitatem in multis apud Regio-portum editis confirmet. Doctrinæ integritas, scilicet damnata, unam doctrinam approbationem postulat, ab inferto Alexandro VII. decreto positam. Sed vide, ne tuus Montalcii fidei homo habeatur, Galli vocant *Foy* dicitur. Tridam laudas: Annatus malam esse doctrinam auctori accuratissimo detestare non possum: tibi etiam amico & familiari meo debere debeo. Utrique aliquid dandum, inter utrumque dubius hæreo; vestram fidem illam dubiam non habebiturus.

* Pag. 50.

NOTA II.

Vires, inquis, (a) Montalcii accusationes generalis quadam exceptione depellere Jesuitæ non possunt, non alia suis Doctoribus obijci causantur, quam quæ Molinæus in suo libro Traditionum Romanarum, (sic enim liber inscriptus est) jam ab antiquo millennio & sexcentesimo, trigesimo sæculo perperam obijci: hic integrum Parochorum sententiam scriptum exscribis & latine rediges, ut ob rem plagii te accuso: interis iure tuo: quidem quæ scriptorum omnium contra Jesuitas. Hic tuum venale stylum conduxit: utrumque Catholicum, quam latinum! sed ultus non potest virulenta tecti apostematis, vel apostatae interumpat. Nonnulla, ne quid affingam, conatus & in compendium redigis: reliqua ut jacent, sicut exscribis, & vetis. Quam porro hæc in tota Ecclesia injuriosa sint, doctissimisque & sanctissimis doctoribus, Catholico lectori cogitant. Itane verò? Molinæi censuram tuo approbas, & hoc unum duntaxat improbas, quod ea Ecclesia imputet, quæ Catholicis Doctoribus ab ipsa Ecclesia approbatis imputare debet. Sed res eodem recidit: ut consideranti pateat, quæ præcipua membra percutit. Quod multis mirum acciderat: at desino mirari. Quod cum illo Hæresiarcha vobis conveniant; Accusatus amicus vestri (malleum dicere volui) ultimo argumento seu testimonio comprobatur. De hoc ultimo longè facilius convenire

præsertim, ut erroneam ac hæreticam impune traducis, ab Ecclesia tamen tolerari dicis; doleſque optimam parentem liberis paulo liberius indulgere; quamvis illi exterorum odium, contemptum, horrorem & opprobrium optimæ parenti conciliant. Jesuitarum item existimationi lethale vulnus his litteris inflictum esse prædicās. Sed inſdem potiùs litteris, earumque auctori, cauterio Apostolico vulnus inflictum est. Jesuitarum doctrinam jam gravem & odiosam populis esse, & Jesuitas jam passim ab omnibus deserti ac derelinqui, per summam jactantiam subnectis: censuras item Sorbonicas, Lovanienses, Parochorum, & aliquot Episcoporum, etiam atque etiam exaggeras. Ita prorsus Hæretodoxi, nisi forte mitius, loquerentur. Quando Ecclesiam appellas, quæ, ut ais, Jesuitarum doctrinam confixit? (a) cur Romanæ, scilicet Catholicæ, nullam unquam mentionem facis? sed duntaxat Sorbonæ, Lovaniensis Academiæ, Parochorum & aliquot Episcoporum, de quibus jam supra. Si tam angustis finibus Ecclesiam complecteris, vide ne Donati hæresim postliminò reducas.

Hæretici notam à te, tuisque amovere conaris: sed operam & oleum perdis. Wilhelme, quisquis hæreses obstinatè defendit, iure ac merito hæreticus censendus est. Ecclesiæ, inquis, iudicium expectandum, quasi verò Ecclesia Jansenii causam non iudicavit, & Constitutionibus Apostolicis non decidit. Porro Jesuitæ tam destituti ac deserti non sunt, quam exaggeras, tua vota & desideria, non historiam narras. Quam frequenter adfuit Parisiis, in superba illa, ut vocas, Basilica, ad exhomologesim & sacram synaxim, & ad Præcones Evangelicos & sacro pulpito dicentes audiendos; etiamnum vident Janseniam & invident. Quid Lugduni ultimis hisce Festis Natalis Domini actum sit, prætereo; quia omnibus notum. Necerat, quod Jesuitas Parochi hortarentur, ut tandem agnitis ac ejuratis suis erroribus ad Jansenianorum castra & partes transirent, sic rebus suis desperatis probe consulturi.

Sed inquis, non aliud ad os occludendum Jesuitis mihi dari velim, quam illud ipsum, quod inter Montalcii & Molinæi criminationes παράλληλον instituerunt? (b) ita omnia dissimilia sunt. Non occurrat, quid aliud respondeam: quæstio facti est: ad pœnam libri; gutta guttæ non est similior. Utris potiùs habenda fides, Jesuitis scilicet, an Jansenistis? haud dubiè præjudiciū Jesuitis faveret: nempe hi dixerunt semper & ubique, & omni asseveratione affirmarunt, quinque Propositiones Jansenii esse, & in ejus sensu damnatas: hoc idem Jansenistæ obstinatè negarunt: sed tandem Summus Pontifex, Alexander VII. sententiam tulit, & Jesuitæ causam obtinuerunt. Fingis deinde, auctores à Montalcio citatos, post Molinæum scripsisse, eosque recenses, ut libet: sed cur omisisti Molinam, Sanchez, Vaquez, Lessium, Suarez, Valentiam, Layman, Emanuelem Sa, & multos alios, qui sua Commentaria in lucem ediderunt, antequam Traditiones illæ Romanæ, Genève prædicerent.

Potro unum libenter à te scire aveo: cur Molinæo ita addisti, & Molinæi ita inſenſi estis? Cogitanti mihi id tantum causæ in mentem venit: quia, scilicet, hic Catholicus, ille verò hæreticus est: similis simili gaudet: errores qui vobis arident in Jansenio, non displicent in Molinæo: in Molina & Jesuitis nihil vobis placet, quia sana doctrina, religiosi mores, perpetua erga Sanctam Sedem observantia. At dum Molinæo

Tr 4

nro

(a) Pag. 53. (b) Pag. 54.

(a) Pag. 50. (b) à pag. 51. ad 54. (c) Antonius Ricardus, appendice ad disp. de lib. arbitrio.

neque subscribis, omnes Doctores Catholicos, scilicet D. Thomam, S. Antoninum, Sylvestrum, Cajetanum, Burcharum, Navarrum, Angelum, Medinam, Bellarminum, Tolerum & multos alios, quorum censum frustra describerem, cum eodem Molinæo duce perstringis. Nec est, quod dicas, à Molinæo errores Theologorum Ecclesiæ perperam imputari. Igitur Ecclesiæ compertos in suis Doctoribus errores tolerat, ab his etiam obstinate defensos. Hæc Iansenii mens fuit, ut Bani sui errores excusaret, sed dum errores alterius excusat, longè graviores ipse admittit errorem; ut doctissima & nervosissima lucubratione Annatus demonstravit. (a)

Plura subnecterem: sed nullus dubito, quin Iesuitæ Parochorum scripta egregiè refellant, in quo nonnulli aliquam eorum tarditatem accularunt: malum credere, iustis de causis, defensionem suam in aliud tempus distulisse: publica illa, quam in lucem dederunt, provocatione ad Rom. Pontificem, & contestatò interposita denunciatione in præsentiarum contentos. Non deerit saltem materia, segesque amplissima, quam discutiant calumnias, quas diluant errores, quos damnant injuriæ demùm & contumelias, quas Catholico ritu, & Christi exemplo condonent. Sed tuos, ut dixi, non aliorum errores censeo: neque hæc etiam obiter indicassem, nisi aliorum erroribus tuos auxisses.

(a) Annatus in Augustino à Bajanis Vindicate.

NOTA III.

Queruntur, inquis, Iesuitæ, sibi tribui, quod ab aliis ipsi acceperint: sed ad vitium excusandum, locos habere nihil juvat: nec necesse habuit Montaltius, libros ineptos aliorum auctorum conquerere, ex quibus Iesuitæ corruptelas suas hauserint; cum ipsi eas majori auctoritate propugnent, disseminent, omnium animis instillent: alii auctores sibi peccant, Iesuita toti Ecclesiæ: latebant prius hæc dogmata in Bibliothecarum angulis, paucis nota: ea tamen Iesuitæ publicaverunt, in aulas Regum, in curias Magistratum, in familias privatorum invexerunt. (a)

O bone! Iesuitas per fas & nefas deprimeret conaris, & aliis extollis: præ illis nullum alium auctorem putas, qui de Theologia Morali scripserit: D. Thomam, D. Antoninum, Cajetanum, Sylvestrum, Navarrum, utrumque Sotum, Victoriam, Medinam, Angelum, Fumum, ineptos scilicet auctores, in Bibliothecarum angulis sepositos, blattis & tineis dumtaxat terendos relinquis: à quibus, ut nihil, aut parum damni timendum est, si corruptam doctrinam contineant; ita si bonam, nihil, aut parum emolumenti sperandum: sibi canunt, & suis Musis, aliis non prosunt nec obstant. Sed laudem hanc iniquam Iesuitæ nulla ex parte admittunt: quidquid ipsi de re morali scripserit, id totum aliis referunt acceptum: hinc tam multos citant, tum Theologos, tum Sacrorum Canonum & Legum peritos: quid unus Sanchez in hac parte præstiterit, omnes sciunt. Quod Montaltius multa non legerit, vitio illi non vertam: frustra enim legeret, quæ ipse non intelligeret: quod verò Theologiæ moralis supremus arbiter haberi velit, ut totam morum doctrinam censeat, illorum tamen auctorum libros non triverit, in quibus ea principia explicantur, ex quibus morales conclusiones deducuntur: nihil plerique omnes tam ridiculum & insanum, tam audax & temerarium, tam impudens & putidum fingere animo potuerunt,

(a) Pag. 55.

Queruntur etiam, inquis, prætermissa multis locis variorum scriptorum nomina, quorum congestu doctrina suæ auctoritatem conciliatur: sed non erat, quod Montaltius paginas suas barbarorum nominum congerie fœdaret: otio ac tedio loquentium consulendum fuit, præsertim cum nihil de roboris accederet: quid, quod in citandis doctoribus, (a) magna Iesuitarum indigentia, & exigua fides: immò cum Annatus quæsit sit, non esse duo S. Thomæ loca, alterum in Lessio, alterum in Thoma Sanchez; utrumque ab eisdem depravatum fuisse deinde compertum est: unde apparet, quitas Annati quærela.

Hic tuam fidem, Willelme, si quando unquam malam fidem Annatus objecerat: ut malam causas, pejorem reddis. Locum D. Thomæ, quæ Lessii doctrina haud parum confirmatur, suspicari nunc verò contra eandem, novum locum affert: nec homines vereris, nec Deum times: ad parum libri. Verba D. Thomæ ex 2. 2. quæst. 32. art. 7. dicto characteri, ut mos est, sic fideliter exscriptis: sive acquisita, (b) quæ quis per Simoniam, aut simoniam iustitiam accepit, in Eleemosynas elargiri tenetur, tunc lucrum verò & iuste retinere & redem Eleemosynam pendere potest. Et hæc Angelico Doctore affertur: Impostor nequam, dignus sanè quem tota ecclesiastica sibilis excipiat: Sic ergo textum emenda; alio verò modo est aliquid illicite acquisitum, quia quidem ille, qui acquisivit retinere non potest, nam debetur ei, à quo acquisivit, quia scilicet contra iustitiam accepit, & alter contra iustitiam dedit, sicut conuenit Simoniam, in qua datus & accipiens contra iustitiam operatur: unde non debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed debet in Eleemosynas erogari, & eadem est ratio in similibus, in quibus scilicet & datus & acceptus est contra legem. Tunc modo est aliquid illicitè acquisitum, non quidem, quia acquisitio sit illicita, sed quia id, ex quo acquiritur, est illicitum: sicut patet de eo, quod mulier acquirit, per meretricium; & hoc propriè vocatur turpe lucrum, quod cum mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei: sed in eo quod accipit, non iniuste agit, nec contra legem. Unde quod sit illicitè acquisitum est, retinere potest, & sua Eleemosyna fieri. O fidelem, o integrum Amantissimè! Ubi legis, Willelme, illam clausulam, aut subversionem iustitias? Quæ haud dubiè si adelles, & Doctorem sensum & mentem omnino mutaret. Ita omnia subvertitis, in doctrina morum & fidei, ut ipse Doctoris Angelici textus à vestris celum immunis esse non potuerit.

Sed ut ad rem propius accedam, in radia Lessii causâ, quam Annatus egregiè defendit, depulsam fecit malam, immò pessimam. Montaltius fidem dicit mihi, fides, Willelme, unde inferam illam clausulam habueris, quam haud dubiè interuentionis: nec ignorantia id tribuendum esse videtur, quam adeò supinam esse vix crediderim. Ut enim in hac re, quæ luce meridiana clarior est, tuam malitiam & malam fidem accusem, adduci reuera possum, nisi frontem omnino posueris, velentem, aut meretriciam, quandoquidem de meretricibus agis, indueris: mediam quandam viam in eo, & maiorem sententiam amplector, ne tibi plus æquo, vel indulgeam, vel succenseam. Malicia certè non defuit. Quis enim animum tuum stylo tuo sincerè & fideliter expressum, ut saltem, vel in hoc, sincerus & fidelem

(a) pag. 56. (b) pag. 56.

res verborum tractus exscriberet, inutiles farragine
Lectores oneraret, & ineptis naniis *Epistolarum* nito-
rem deturparet.

Annatus huius Vestrae sanctitatem, in hac scribendi fallendique arte, luculentis testimoniis, & productis tabulis demonstravit; item uterque Apologista, qui vestras imposturas fideliter, & cum summa laude recensuit: ego, ne jam actum agam, abstinere praesertim cum praedicta opuscula latinitate donata brevi missurus sim. Ille autem Epistolarum Montalcii nitor fucatus est; & ac proinde huiusmodi mixtionem pigmentis & fucus postulant: additum aliquid decolori: multa, immo ferè omnia veritati detracta: ingentes verborum tractus exseribitis, & ineptas nannias inseritis, cum ad rem vestram conducunt. Hoc à Patriarcha vestro Janzenio, hæreditario iure, acceptissimè, qui vastum illud opus suum, ex innumeris centonibus composuit. Id quoque viti Arnaldus ab eo didicit. Nulli demùm verborum farragini, nulli fraudi, nulli locorum adulterio pareitis, ut veritatè Catholicam obruatis. His porro nanniis, quas per contemptum puerilem ita elevas, tragediæ vestrae subactæ sunt, unà catastrophe vobis relicta. Montaltius demùm vester, ne hanc ejus laudem reticeam, in hac arte confundi verba & dolos, contexendi loca & fraudes, ita versatus est, ut typographio navalle operam videatur.

UORATI
BRISI
Poeticus
Pittoria

Queruntur demum, inquis, omiffas nonnunquam circumftantias, & exceptiones illas, quibus adjectis, fententiæ longè molliores effent: fed illæ tantum omiffæ, quæ ad rem non faciunt: & fi quando abfque ulla exceptione aliquam opinionem Jefuiticæ Montaltrius damnavit, id revera fuit, quod illa in quibusvis circumftantiis damnanda effe videretur. (a)

Curamabo, tuis Lectoribus impudenter ac perperam imponis Wilhelme Wendroeki : quoties Montaltius hujus criminis accusatus, & convictus fuit ab utroque Apologista, ab Annato, alisque auctoribus, qui vestras calumnias refutaverunt? Deus bone, quid vobis unquam familiarius, quid antiquius fuit, quam ut vel ea reticeretis, quæ sensum auctoris inverterent; vel ea de vestro adderetis, quæ novum inducerent: in simili delicto paulò antè deprehensus fuisti. Affingebas enim Doctori Angelico gravem clausulam, quæ in ejus textu non legitur; & aliam reticebas, cujus accessione, Thomæ Sanchez sententia planissima esse videbatur. Sed pro his, ad Annatum, aliosque auctores, quos supra laudavi, te remitto. Nec est, quod tuum Montaltium hac in parte defendas; in qua nihil est quod defendi possit: non veritas prodita, nec propositus honor, nec religio perditæ. Quid aliud quæso defenderes: & verò spongia potius, quam styli opera adhibenda fuit, ut Montaltii litteræ & calumniæ refellerentur. Vis dicam ingenuè, quod sentio? Uni-

versam illam litterarum farraginem,
una litura pro dignitate
refelleret.

$$\begin{pmatrix} * & * \\ * & * \end{pmatrix}$$

Uta querela est, inquis, quod Montaltius mul-
ta verba ex variis locis simul connectat, & sic u-
tatur cum pluribus aliis contextat: sed inanis que-
rela, cum hæc ad eandem sententiam, eundem
sententiam pertineant; nec enim erat, quod ingen-

• (4) Page 57.

(a) Pag.57.

In